



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis**

**Dietrich <von Engelsheim>**

**Münster, [1893-1897]**

50. Litera missa domino Hermanno Dwergh, prothonotario pape  
recommendatoria pro ecclesia Paderbornensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

alicui ex reverendissimis patribus dominis sancte Romane ecclesie cardinalibus, ut super premissis informacionem recipiat et Sanctitati Vestre referat ac sub penis et censuris ecclesiasticis, eciam pecuniariis et aliis formidabilibus penis . . . inhibeat dicto domino archiepiscopo, . . . ne . . . quidquam in preiudicium dicte ecclesie . . . attemptet. Et . . . Sanctitas Vestra . . . incorporacionem casset et annullet . . . ac ecclesiam Paderbornensem in pristinum statum restituat et nichilominus dictum dominum archiepiscopum ad redimendum castra impignorata per eum et restituendum ecclesie compellat. . . .

Paderburne Septembri.

Humiles et devoti oratores, prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Martino, divina providencia pape quinto, nostro domino beatissimo.

Copia littere capituli Paderbornensis ad dominum  
Hermannum Dweg.<sup>1)</sup>

Der Inhalt ist mit dem vorhergehenden Schriftstücke 50.  
fast wörtlich übereinstimmend bis auf den Schlußantrag, D. D.  
der folgende Fassung hat:

Supplicamus reverendissime paternitati vestre, . . . quatenus . . . dignetur, ipsam ecclesiam Paderbornensem et nos in iusticia habere recommissos, presertim apud sanctissimum dominum nostrum, cui de causa huiusmodi scribimus, ut nos in petitione nostra in hiis, que iuste petimus, exaudiat et iusticiam habeat similiter recommissam. Reverendissime pater, placeat super premissis attendere et futuris periculis obviare de benignitate vestra solita, quam Altissimus dignetur prospere conservare.

Paderborne Septembri.

<sup>1)</sup> aus Herford stammend. Vgl. Hölcher's Reformatiöns-Geschichte der Stadt Herford (Schulprogramm 1869).

Reverendissimo in Christo patri domino Hermanno Dwergh, prothonotario sedis apostolice, nostro domino gratioso.

Humiles et devotissimi servitores, prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Copia cuiusdam littere scripte dominis de collegio cardinalium per capitulum Paderbornense.

51. Dieses Schriftstück ist ebenfalls nach Inhalt und Wortlaut mit Ausnahme der Abweichungen, die durch die Adressirung geboten waren, übereinstimmend mit der Eingabe an Papst Martin (vergl. Nr. 49).

Revocacio incorporacionis et unionis ect.

Nach den beiden Originalen im Kgl. Staatsarchive Münster, Fürstenthum Paderborn 1520. Caps. I. Nr. 13. An einer der Urkunden fehlt das Bleisiegel.

Vergl. Schatens Annalen zum Jahre 1431.

52. Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
- 1431  
16. Juni. Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut per apostolice dispositionis arbitrium provide gesta litterarum nostrarum merita attestacione pandamus, ne quisquam sui iuris defensione latente indebitis affici valeat molestiis, gravaminibus seu damnis. Dudum siquidem cum nostre innotuisset providentie, quod quamplures eatenus de diversis ecclesiis tam cathedralibus quam etiam metropolitanis necnon monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis ac etiam ipsarum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum prebendis, parochialibus eccle-